

du formulaire et des rites arrêtés au sein de l'abbaye chef-d'Ordre d'où lui vinrent ses premiers religieux. Aux leçons de ses livres, qui font toujours autorité dans la matière, il a été fait appel déjà, — et il faudrait le faire encore davantage dans la suite, — pour rétablir la teneur authentique des formules de la prière chorale ³⁾.

Etablir une comparaison attentive entre le collectaire de 1401, décrit ci-dessus, et celui de Leffe, datant de la première moitié du XII^e siècle, à la lumière de l'Ordo de la fin du XII^e siècle, permettrait certainement de marquer quelques aspects précis de la mise au point opérée par ce dernier. Du même coup il serait possible de prendre contact avec des constituantes du rit primitif de Prémontré encore peu connu jusqu'à ce jour.

Pl. LEFÈVRE.

Petrus de Lutra.

Prima medietate saeculi decimi quarti, floruit Petrus a Lutra, seu a Kaiserslautern. Canonicus erat abbatae praemonstratensis Lutrensis, seu Kaiserslautern (cfr. N. BACKMUND, *Monasticon Praemonstratense*, I, Straubing, 1949, p. 103 s.). Percurrendo vel obiter titulos librorum, qui ipsi attribui solent, merito dici potest : « Ignotus quidam celeberrimus ». Doctissimus M. GRABMANN, in *Lex. für Theol. u. Kirche*, VIII (1936) col. 165, haec inter alia habet : « Bedeutender Theolog, Philosoph u. Rechtsgelehrter, Doctor praeclarus genannt, lebte um 1330. Die ihm zugeschriebene Werke : Liber de praerogativis ecclesiae Trevirensis..., Liber ad Cardinalem Columnam, de columnis mysticis, de Romani Pontificis eminentia, sind handschriftlich nicht nachweisbar ».

LE PAIGE, *Bibliotheca Praemonstratensis Ordinis*, Parisiis, 1633, p. 307 ita scribit : « Canonicus et doctor praeclarus, vir in divinis scripturis egregie eruditus, et saecularis litteraturae non ignarus, Philosophus et Jurisconsultus clarissimus, ingenii subtilis, eloquio

³⁾ L'étude des manuscrits de la grande abbaye brabançonne avait permis de reprendre plusieurs leçons authentiques indûment remaniées dans les livres choraux par les réformateurs du XVII^e siècle, tels par exemple les passages de l'hymne de l'Ascension : *manens Olympo praeditum et ut cum rubente coeperis, clarere nube...* On se demande pourquoi ils ont été abandonnés à nouveau, dans la dernière édition du bréviaire, en faveur de leçons maladroites, œuvres de gens peu soucieux de sauvegarder le patrimoine traditionnel de l'Ordre.

scholasticus ». Refert deinde le Paige catalogum librorum qui ipsi Petro Lutrensi attribui solent additque in fine : « Reliquit et alia praeclara ingenii sui monimenta. Ita habet Trithemius in Catalogo virorum illustrium Germaniae. Citatur passim a Gerebrardo, Canisio, et plerisque aliis Petrus quidam Praemonstratensis, quem alium ab isto esse non existimo ; citatur quoque et quoddam ejus Chronicon, quod Joannes Paleorydorus ait vocari Biblia pauperum ».

Catalogum subnecto operum quae Petro nostro attribui solent. Notando catalogum istum videri esse confectum secundum ordinem chronologicum, juxta quem olim opera illa conscripta fuerunt. Exordium ducens ab iis, quae illa aetate exigi solebant ab iis qui in Universitatibus ab summos gradus academicos evehebantur, gressus facit ad opus historicum, ad opus stricte theologicum, ut deinde opera doctrina theologica, juridica et historia refertissima componeret Petrus ad hoc ut eventibus vitae ecclesiasticae et pontificiae aetatis illius adjutorium quam validissimum afferret.

Catalogus ille haec opera refert :

In quatuor libros sententiarum Petri Lombardi.

In Evangelium Johannis liber unus.

De praerogativis Ecclesiae Trevirensis liber unus ad Balduinum Archiepiscopum Trevirenssem.

Septenarius numerus candelaborum.

De summi Pontificis eminentia libri quatuor.

Adversus Michaellem Caesenatem, ejusque assecclas sanctum Pontificem impugnantes liber unus ad Cardinalem Columnam.

De columnis mysticis liber unus.

Epistolarum ad diversos liber unus.

Sermones varii de tempore et de Sanctis per anni circulum, libri duo.

* * *

Titulos et themata operum Petri accurate inspiciendo, statim animadvertitur, Petrum nostrum scripsisse de iis quae illa aetate solummodo a magistris tractabantur. Ea pertractat quae revera ad questiones centrales vitae theologicae et ecclesiasticae pertinebant. Commentarium in libros Sententiarum Petri Lombardi conscribit : libri Sententiarum Lombardi tunc erant quae « manuale » theologiae in scholis superioribus. Scribit de praerogativis Ecclesiae Trevirensis et quidem ad Balduinum archiepiscopum, qui Balduinus a Lützel-

burg uti maximus inter archiepiscopos Treverenses temporis anteacti haberi solet.

Potissimum vero adjutorium praebuit Petrus a Lutra in disputationibus quae tunc ecclesiam Dei sub Summo Pontifice Joanne XXII exagitabant. Quaestiones illae summi momenti erant duae. Et a solutione recta quaestionum harum summopere pendebat, tum pro saeculo decimo quarto, tum pro saeculis subsequentibus, doctrina vere christiana pure servanda, simul ac recte instituta et gubernata Ecclesia.

Pro recta constitutione Ecclesiae, variae difficultates ac disputationes eo usque devenerant, ut tandem aliquando necessarium factum fuerit determinare quale jus veretribuendum sit auctoritati ecclesiasticae relate ad reges et gubernatores communitatis civilis. Insurrectio incaepa ex parte regis Bavariae contra Summum Pontificem, in qua a nonnullis « canonistis » valide sustentabatur, exigebat ut etiam ex parte Summi Pontificis recta doctrina proponenda et admittenda vigorose exponeretur. Notum est regem Bavariae, Ludovicum, strenuum adiutorem in oppositione sua adversus Summum Ponticem obtinuisse ex parte celeberrimi Marsilii Paduani, qui, edito suo libro « *Defensor Pacis* », apud regem Bavariae refugium quaesivit ac recepit.

Vita Ecclesiae illius temporis ulterius maxime turbabatur ex eo quod plures qui sese dicebant « Spirituales » doctrinam quandam perfectionis christianae proponebant, sanae doctrinae traditionali apprimè oppositam. Agebatur potissimum de renuntiatione bonorum temporalium permittenda aut potius exigenda juxta genuinas exigentias perfectionis christianae. Antesignanus « spiritualium » istorum evaserat Michael a Cesena : iste, anno 1316, Generalis Ord. Minorum, postea a Summo Pontifice excommunicatus et damnatus, et ipse fugit ad Ludovicum regem Bavariae.

Hac ratione brevissime indicavimus errores qui aetate illa potissimum Ecclesiam turbabant.

Praecise in his erroribus impugnandis et doctrinam rectam exponendo in illis praecise materiis, eminuit Petrus de Lutra.

* * *

De Petro a Lutra recenter erudite scripsit Ernst REBSTEIN, *Peter von Lautern und die Kurialisten*, in *Archiv für mittelrheinische Kirchengeschichte*, VI, 1954, pp. 153-167.

Plura hucusque non nota relate ad ea quae a Petro de Lutra acta sunt in defensionem et expositionem fidei et doctrinae genuinae in hoc scripto exhibentur. Auctor, Rebstein, exordium suae inquisitionis desumit ex iis quae nostro saeculo e scriptis Petri detecta ac publicata fuerunt.

Refert Rebstein, anno 1909, in Bibliotheca municipali Trevirensi (cfr. KENTENICH : *Neues Archiv*, XXXIV, 1909, p. 506 ss.) detectum esse scriptum Petri omnino incognitum. Scriptum istud : *Liga Fratrum*, dedicabatur Summo Pontifici Clementi VI, huicque a G. Colonna porrectum fuit. Tractatus iste simul cum alio fragmento scriptorum Petri, in Bibliotheca Vaticana detecto, publicatum fuit a R. SCHOLZ, *Unbekannte kirchenpolitische Streitschriften aus der Zeit Ludwigs des Bayern* (1327-1354). Bibliothek des Kgl. Preussischen Historischen Instituts in Rom. Bd. IX u. X. Erster Teil : Analysen. Rom. 1911 : Zweiter Teil : Texte ebend. 1914.

Ulterius in manuscripto detecto in Bibliotheca Trevirensi, sermo est de aliis tractatibus Petri de Lutra hucusque ignotis : *Laqueus Michaelis*, conscriptus sub pontificatu Joannis XXII et theorias Michaelis a Cesena impugnans ; *Lex rectorum* : manuale sacerdotum, instructiones et explicationes continens relate ad disputationes exortas in pugna cum Mendicantibus ; *Scisma fratrum*, liber compositus simul ac *Liga Fratrum*, et Card. Petro Praenestino dicatus.

* * *

Notat REBSTEIN, l. c., p. 156 : « Die von Scholz herausgegebenen Texte sind bisher nicht benutzt worden, obwohl sie von grossen ideengeschichtlichen Interesse sind und namentlich auch dem Rechtshistoriker etwas zu sagen haben ».

Ex iis quae Rebstein indicat de origine monasterii Ordinis nostri Lutrensis (cujus canonici in antiquis manuscriptis dici solent : Albi Domini de Lutrea), sequitur monasterium istud specialibus privilegiis fuisse dotatum a regibus et principibus. Petrus postea insurgens et scribens potissimum adversus theorias Michaelis a Cesena, novit se « traditionem » aliquam defendere : scribit enim in « *Liga fratrum* » : « Quia praemissa ad populum loquens praedico, praedictos fratres graviter mihi infestos sentio ». Petrus, forte prior monasterii sui anno 1333, relationes habet cum magnatibus suae aetatis, tam ecclesiasticis, quam saecularibus. In exordio sui libri : *Liga fratrum*, ita scribit : « Domino Clementi (i. e. Clementi VI) divina dispositione

sacrosanctae Romanae ac universalis ecclesiae summo pontifici frater Petrus de Lutra, Praemonstratensis ordinis, vices gerens in cura plebis Lutrensis religiosi viri domini Hugonis praepositi Lutrensis in curia Romana pro nunc constituti ».

Hac ratione modum agendi Petri describit Rebstein, l. c., p. 159 : « Wo immer Peter von Lautern auch herstammte und gleichgültig, ob seine Funktionen durch hohe geistliche Würden oder allein durch seine persönlichen Qualitäten beglaubigt waren, wir sehen einen Ordensmann vor uns, der eine überaus vielseitige Tätigkeit entfaltet, wir ahnen die Arbeitskraft und Rührigkeit, die dieses Wirken erforderte und durch die es erfolgreich und ruhmvoll wurde ; wir wundern uns nicht mehr, wenn wir hören, dass dieser Mönch, der mit den Grossen seiner Zeit korrespondierte gleichzeitig eine Bibel fürs Volk verfasst had und dass er zu allen Festtagen des Kirchenjahres Predigten hielt, die wert waren, aufgezeichnet und verbreitet zu werden. Aus den uns zugänglichen Bruchstücken seiner Schriften glauben wir zu erkennen, dass sein wesentliches Anliegen das des Predigers und Moralisten war, wir stellen, im Vergleich mit seinen Zeitgenossen und Mitstreitern in Deutschland, Frankreich, Spanien und Italien einige bemerkenswerte Züge fest : seine Haltung ist ernst und entschieden, aber auch nüchtern und sachlich ; er ist von grossen Ideen erfüllt, doch ohne Ueberschwang und Extravaganzen ; sein Blick richtet sich auf vernünftige Argumente, praktische Lösungen, erreichbare Ziele ; er lebt in der Gedankenwelt des mittelalterlichen Augustinismus und ist doch schon von der Renaissance umwittert ».

* * *

Porro in tractatu Petri edito a Scholz, l. c., anno 1914, titulus generalis ita sonat : « Incipit tractatus contra praefatum Michaellem de Cesena et socios ejus », Inscriptio ista vero originem ducere videtur non ab ipso auctore sed a copista. Quod sequitur ex iis, quae in hoc tractatu continentur. Notat rectissime A. FATH, *Kaiserslauterer Landsleute im Geistesleben des Mittelalters, Peter, Franz und Johann von Lautern* : in : *Pfälz. Tagblatt*, 24.8 ; 29.9 ; 4.9.1928 : « In Wirklichkeit ist Peters Schrift selbst gerichtet gegen die Lehren der beiten Hauptkämpfen in dem Streit : Marsilius con Padua und Johannes von Janduno ». Videtur proinde ea quae edita fuerunt a Scholz pertinere ad opus praecipuum doctrinale Petri de Lutra, cui titulus : *De summi Pontificis eminentia libri quatuor*.

Contra errores duplicis generis insurgit Petrus noster. Scribit et arguit quidem contra « Spirituales » suae aetatis, hosque stilo suo nervoso ridiculos exhibet. Exsurgens deinde contra eos qui potestatem essentialem Summi Pontificis directe impugnant ratione multo magis thetica et affirmativa procedit. En specimen utriusque modi arguendi.

Impugnans errores « spiritualium » et « Minoritarum », scribit inter alia :

« Quae enim potest esse major illusio et quae major superbientium elatio, quam quod isti fabricatores mendacii et cultores perversorum dogmatum tradunt se maioris auctoritatis esse, quam sint ecclesiarum rectores, cum pro ipsis nec sit evidens auctoritas scripturae divinae vel juris canonici vel etiam dictamen rationis naturalis... Et isti religiosi istarum mulierum sunt ductores sub praetextu dictae tertiae regulae, vel quoad non regulares propter altioris paupertatis praerogativam quam isti prae aliis religiosis sibi vendicant, et de facto in familiaritate ducatus vel verius seductionis multo tempore steterunt et quasi jus in ipsis mulieribus, licet malae fidei possessor non praescribat, praescripserunt, et quasi consuetudinem vel verius corruptelam induxerunt...

Patet quod isti sunt in paupertate copiosi, in abstinentia gulosi, in humilitate elati, in perceptis beneficiis ingrati, quae omnino ipsos quasi faciunt monstruosos ; et ideo, quia dans occasionem damni damnum dedisse videtur, patet quod illi qui dando pecunias fratribus modis prohibitis et ipsos foveant in praedictis, magis peccant, quam aliquid mereantur, eo quod domum suam propter defectum modi et contrarietatem termini tendat quodammodo in delictum ».

Transiens ad impugnandos errores Marsilii Patavini et Joannis de Janduno, multo severius loquitur : « Nonne decipitur imperialis potestas, ut velut Pharaon Israelitae id est Dei ecclesiam praesumat sibi substituere et servilem ac tributariam subigere ?... Dicere imperatorem aut temporalem potestatem esse superiorem respectu principatus ecclesiastici et spiritualis, est haereticum ».

* * *

Juvat consistere in doctrina a Petro Lutrensi exposita de rectis relationibus juridicis quae vigere debent inter potestates civiles et potestatem ecclesiasticam. Doctrina Petri nostri, omnibus inspectis, revera praeclara dici debet. Exsistebat in Medio Aevo, « Augusti-

nismus » quidam, juxta quem Summus Pontifex potestatem supremam haberet non tantum in spiritualibus sed etiam in temporalibus. Ex altera parte stabant alii, qui asserebant simpliciter Summum Pontificem subesse Imperatori.

Sufficiat ita paucissimis verbis indicasse theorias plane adversas quae longo durante tempore, in Medio Aevo, relationes inter Ecclesiam et Imperium non parum turbarunt.

Quid vero Petrus de Lutra de hisce punctis doctrinalibus, tanti momenti illo tempore in discordiis exsurgentibus, proposuerit, nunc clare apparet ex iis quae Scholz publicavit ex operibus ipsius Petri. Ex istis constat Petrum nostrum non solummodo doctrinam omnino rectam proposuisse ; sed et insuper ipsum doctrinam illam exposuisse ratione aptissima, ipsumque expositionem syntheticam exhibuisse, quae apud nullum auctorem suae aetatis, hucusque notum, tam clare et nitide proponatur.

Scribit E. REBSTEIN, l. c., p. 163: « Es ist bemerkenswert, dass der Prämonstratenser, der nach der Regel Augustins lebt, den politischen Augustinismus... als eine überholte Anschauung betrachtet, mit der sich in den aktuellsten Fragen nicht mehr auskommen lässt ; ...Peter geht viel weiter ; er setzt sich mit der kurialistischen Lehre von der päpstlichen Universalherrschaft ausdrücklich auseinander : « Respectu domini papae per viam universalis dominii, qui secundum multos dicitur superior imperatore non solum in spiritualibus sed etiam in temporalibus, ita quod omnia temporalia sibi subsunt secundum multos. Verum quia ista via offendit multum principes temporales, non ipsos scandalizemus, sicut salvator idem dicit in solutione tributi ». Mit dieser ausdrücklichen und entschiedenen Ablehnung des Kurialismus steht Peter von Lautern in seiner Epoche unter den Verfechtern der päpstlichen Sache ganz vereinzelt da. Er vertritt Gedanken, die ihm sein theologisches Gewissen eingibt, die aber als Lehre kirchentreuer Theologen erst zweihundert Jahre später öffentlich vertreten worden sind, erst nach den grossen Krisen des abendländischen Schismas, der konziliaren Bewegung und des Nominalismus und erst in einem Stadium viel vorgeschrittener Zersetzung des mittelalterlichen Universalismus und viel stärkerer Ausbildung des weltlichen Staatsgedankens ».

Expositionis modum Petri nostri inspiciendo, statim animadvertitur, ipsum apprimè edoctum esse in ratione expositionis scholasticae suae aetatis ; argumenta ab ipso prolata juxta formam scholasticam proferuntur ; exempla desumpta et S. Scriptura, Patribus et

materia profana aptissime interseruntur ; videtur novisse et imitatum esse Thomam Aquinatem, quem non citat explicitis verbis, sed adductis textibus aristotelicis cum explicatione specifica Thomae.

Doctrinalia plura modo claro et thetico exponit. Audi quid dicat de jure Ecclesiae in bona temporalia : « Cum ergo status ecclesiae non possit esse sine talibus bonis temporalibus sibi necessariis et intrinsicis, non erunt subjecta imperatori, imo libera, sicut et status. Ecclesia capax temporalitatis, sicut persona quaecunque ». Potestatem auctoritatis civilis, in materia competenti, ita exhibet : « Resistens imperatori peccat, quia resistit potestati et divinae ordinationi ». Adversus Summum Pontificem, Imperator agere non potest, cum ejus Superior non sit : « Quia actus corrigendi, puniendi, et instituendi respicit judicem superiorem et potestatem ». Audi tandem quomodo exponat illud quod nostris temporibus in theologia dici solet potestas indirecta Ecclesiae in societatem civilem : « Certum est, quod status ecclesiasticus, cum sit spiritualis, ad quem ut ad superiorem ordinatur temporalis, est liber nec subest temporali potestati, quia superius et dignius nullo rationabili jure subjicitur inferiori et minus digno, imo hoc pestilens et contra naturam ut dicit philosophus I^o Politicorum. Nemo autem fidelis dubitat spiritualia praeferri temporalibus, bona quoque animae, circa quae est maxime principatus ecclesiasticus, praeferuntur bonis corporis et fortunae, circa quae est maxime principatus temporalis ».

Ecclesia jura habet, quae a nullo infringi aut seponi possunt. « In hoc etiam vitam aeternam (habet) et in hoc efficitur praelatus martyr, moriendo propter defensionem ecclesiae et jurium, et debet praelatus se offerre hostiam immolendam ». Resistere autem potestati cuidam solummodo fieri potest ubi agitur de justitia : « Dicere quod Christus praecipiat in hoc, quod est illicitum, non temere occidi et quod in illicitis quis patiatur propter Christum et quod pro illicito actu fiat quis martyr et habeat vitam aeternam, est haereticum, quia hoc est dicere Deum injustum ».

Petrus noster de Lutra rectitudinem ordinis ac justitiam ubique retinendam ac vindicandam claris verbis exponit. Bonus autem sectator S. Augustini exsistens, citat etiam haec verba Doctoris Hipponensis (Ad Polentium, I, 14) : « Multa autem sunt facienda non jubente lege, sed libera caritate. Et ea sunt in nostris officiis cariora quae cum liceret non impendere, tamen causa dilectionis impendimus ».

Ea quae hac ratione compendiose referimus ex iis, quae recenter publicata fuerunt quoad opera et personam Petri de Lutra, Praemonstratensis eximii saeculi decimi quarti, hucusque fere ex toto ignoti, melius concludere non possumus quam repetendo dicta E. REBSTEIN, l. c., p. 167: « Die ideengeschichtliche Bedeutung, die wir dem Fragment des Peter von Lautern zuerkennen müssen, lässt die persönlichen Beziehungen, die der Autor im kulturellen und politischen Leben seiner Epoche unterhielt, an Interesse gewinnen, besonders wenn seine Gönner so prominente Würdenträger der Kirche wie der Kardinaldiakon Giovanni Colonna und der Erzbischof Balduin von Trier waren... Hier sind der Forschung Detailaufgaben gestellt, die unsere Kenntnis jener bewegten, schreibseligen, und zukunfts-trächtigen Tage des Frühhumanismus nützlich bereichern könnten. Noch erfreulicher wäre es, wenn die vorstehenden Zeilen die Veranlassung wären, dass in der spätmittelalterlicher Literatur und in den zeitgenössischen Urkunden den Spuren nachgegangen würde, die uns weiteren Aufschluss über Leben und Werke des berühmten Unbekannten liefern könnten ».

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

De Sint-Michielsabdij in de sagschat van de Polders ten noorden van Antwerpen.

Toen Tanchelmus meer en meer opgang begon te maken in de Antwerpse polder, zond het Kapittel Norbertus met zijn metgezellen naar die streek om er deze ketterij uit te roeien. Spoedig vestigden ze zich te Antwerpen en toen Norbertus enkele van zijn volgelingen in de stad wilde achterlaten, schonk het Kapittel hun in 1124 de kollegiale kerk van Sint-Michiel, waarbij later een klooster werd gebouwd.

Reeds in 1154 kocht de tweede abt enige gronden op het gebied van Zandvliet. Toen in 1329 een gedeelte van de grond van het overstroomde Berendrecht werd afgestaan, kwamen ook de gronden van de abdij onder Berendrecht. Meer en meer breidden de Sint-Michielsheren hun bezittingen uit in de polder; gronden, goederen en landerijen werden opgekocht, grondheerlijkheden verkregen en de tienden geïnd. Reeds in 1356 bezat de abdij meer dan 30 hoeven (waaronder het Monnikenhof) met de daarrondliggende gronden: in Stabroek 2, in Zandvliet 10, in Oorderen 2, de andere in Merksplas